


Chladenius  
De pacto Lau-  
cino  
Romanorum

1781.



744



7403 17 31  
V I R O  
DOCTISSIMO, ORNATISSIMO,  
D O M I N O  
ERNESTO FLORENTI FRIDERICO  
CHLADENIO,

VITEMBERGENSI,

SOLEMNEM DISPVTATIONIS

DIEM

GRATVLATVR

ET AMICITIAE ET NECESSITATIS VINCVLO

CONIUNCTISSIMVS

CAROLVS GOTHOFREDVS THEODORVS  
CHLADENIVS,

HAYNA - MISNICVS.

---

FRAEMITTITVR DISPVTATIVNCVLA

DE

PACTO CAVDINO ROMANORVM.

*Liu. 1. IX. c. 2.*

---

LIPSIÆ A. R. S. CIO DIO CCLXXXII.

---

EX OFFICINA HOLLII.

16 289c

VIRI  
BOCASSINO, ORNATISSIMO  
DOMINO  
FRANCO FREDERICO  
CHLADENIO  
SOLLENNI DISSEMINATIONE

ET ASSOCIATIS VIVENS

CAROLVS GOETTERVS  
CHLADENIO



FRANCO FREDERICO  
CHLADENIO

FRANCO FREDERICO

FRANCO FREDERICO






Ειρήνη κἀν ἡ σφόδρ' ἐπιζημιᾶς, λυσιτελεστέρα πολέμα.

PHIL. 0.

**Q**uem in modum nulla disceptantium in foro res diiudicari atque decidi potest, ante rem relatam atque cognitam: ea ratione nullius facti causa, modus aut finis diuinari, multoque minus diiudicari potest ante facti notitiam atque cognitionem. Quae cum ita sint, cumque non existimem fore, qui expertes aut totius romanae historiae,

\* 2

aut



aut partis alicuius, tamen quoniam memoria fallax apprehenditur, non abs re videbitur, si de historia breuiter exordiar.

Cum Romani T. Veturium Caluinum et Sp. Posthumium Coss. aduersus Samnites misissent, dux horum C. Pontius castra circa urbem Caudium occulte locabat, et Romanos stratagemate in furculas a proxime sita vrbe dictas illiciebat, quo postquam exercitus Romanus peruenisset, sero cognoscebant, nullum patere exitum, cum inaccessible rupes et Samnitum copiae obstarent. Audiamus LIVIVM has furculas describentem: *Salus duo alii, angusti syluosque sunt, montibus circa se perpetuis inter se iunctis; iacet inter eos satis patens, clausus in medio campus, herbidus, aquosusque, per quem medium iter est. — quum ad alias angustias pergerent, septas deiectu arborum saxorumque ingentium obiacentem molem inuenere.* In his ergo versantes angustiis, necessitate coacti, mittunt ad Imperatorem Samnitum Legatos pacem aequis conditionibus petentes, aut ea denegata ad pugnam prouocantes. Tum Pontius debellatum esse respondit, et quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes cum singulis vestimentis sub iugum esse missurum: negabat alias conditiones pacis aequas victis et victoribus fore, nisi agro Samnitum decederetur, coloniae abducerentur, suis deinde legibus Romanum et Samnitum aequo foedere victurum. Romani, quoniam angustias non aliter euadere poterant, spondebant T. Veturius et Sp. Posthumius; obsides 600 equites fuere dati, qui capite luerent, si pacto non staretur. Sed cui pacto? sponponderunt, inquit

LIVIVS,

LIV. I. IX. c. 2.


LIVIVS, non autem addit, quid sponponderint. Ergo id ex antecedentibus eliciendum. Pacem petierant a Samnitibus Coss. conditionibus aequis, quam PONTIVS negabat alias duriores conditiones iis praescribens. De his foedus iniussu populi se facere posse negabant Consules, sponponderunt itaque: se curaturos, vt foedus a Romanis fieret et sponasio approbaretur. Consulibus omnino imputanda est turpis atque ignominiosa pax, propter negligentiam et temeritatem quod nullum ducem locorum adhibuerint, nullum exploratorem praemiserint, non tamen perfidiae accusandi; quare in praesenti eo spectabit orationis filum, vt sponsores a perfidia liberos in scenam producant.

Communis eorum qui hac de re mentionem fecerunt sententia eo redit, vt dicant: Sponsores deditioe sua satisfecisse paciscentibus, quod autem a contraria parte negatur. Obligatus enim erat totus exercitus, maiori saltem specie dici potest secundum GROTII sententiam, milites omnes fuisse obligatos, et certe aequum id esset, si ipsorum nomine ac iussu contractum foret a sponsores, vt in pacto quod Hannibal fecit cum Macedonibus. Si sponsores praese tulerunt potestatem publico nomine contrahendi, ex damno dato ad restitutionem tenebantur, vt fidem suam liberarent, et stabat animus, vt ex verbis Posthumii apparet: *Samnitibus nos sumus rei satis locupletes in id, quod nostrum est;* quale exemplum praebet FABIVS MA-

\* 3

XIMVS


THOMASII Diff. Spons. Rom. Caud.  
GROT. I. II. XV. §. 3.  
VALER. M. IV. c. 8.



XIMVS, cum quoddam eius factum cum hostibus Senatus improbasset, fundum suum ducentis millibus vendidit et fidei satisfecit. Transeamus ad alia argumenta. Officium boni ducis non tantum in actibus bellicis consistit, sed potissimum etiam, vt milites sibi creditos, quantum salua Rei publicae vtilitate fieri potest, conseruet, si fidei datae satisfacere vult. Et nescio, quis finis magis praecipuus haberi debeat, an lucri acquisitio, damnum hostibus inferendo, an damni euitatio, exercitum conseruando? In quam fere sententiam ARISTOTELES pronunciat: *κρείττον τοῖς κρείττοσι μέρος τὸ τῶν ὑπαρχόντων προϊέναι, ἢ πολέμῳ κρατήθέντας αὐτὸς αὐτοῖς χρήμασιν ἀπολέσθαι*. *Satius est his, qui plus pollent, aliquid rerum suarum amittere, quam bello victos cum rebus perire.* Polit. IV. p. 513.

Regula iuris priuati fauorabiliorem dicit esse causam eorum, qui in damno euitando, quam qui in lucro captando sunt occupati, l. 41. D. d. R. I. cui sententiae fauet ANTONINVS Imperator fatus: melius esse vnum seruari ciuem, quam occidere mille hostes. Ergo, si quae ad finem iuris consequendi sunt necessaria, ad eum etiam ius habere intelligimur. Habuerunt etiam sponsores isti ius ad hoc pactum, cum sine eo Romani seruari non potuerint, nam summam adfuisse necessitatem, disertis verbis ostendit LIVIVS l. c. Excusandi porro Coss. in pacto inito, quoniam vi metuque erant coacti id inire. Redemptionem obsidum Rei publicae relinquebant, quoniam suarum modo putabant esse partium seruari Exercitum. Oritur hic quaestio, cur





cur non miserint Samnites Komam, et exercitum tandem in furculis detinuerint? imprudenter agit ille, qui debitori, quem scit morosum, credit fide simplici, nec pignora ab eo, nec fideiussores exigit, istane in Samnites cadit imprudentia? Liberarunt fidem Posthumius et Coss. ipsa deditioe voluntaria dicens: *nos interim T. Veturi, vosque ceteri vilia haec capita luendae sponsionis feramus, nostro supplicio liberemus Romana arma.* Volebant itaque patriae satisfacere et hosti fidem probare, cur haec deditio non a Samnitibus accepta? ipsos liberos consensus Pontius dicens: *I licitor, deme Romanis vincla, quod etiam LIVIUS confirmat: publica sua certa fide liberata ab Caudio ad castra romana inuiolati redierunt.* Num exercitus ac ipse populus obligatus, et fidem eo modo liberauerit, in his lineolis decidendi non fuit animus. Haec sunt quae de pacto Caudino intuitu Paciscentium, saluo tamen aliorum iudicio, monenda habui. Sed haec haecenus.

Indicandum enim est, quare hanc schedulam scripserim, cum satis TE, CHLADENI AESTVMATISSIME, rebus TIBI haud obscuris detinuerim. Nosti amicitiae, nosti necessitatis vinculum, quod vtrumque a parentibus repetere possem. Quid ita mirum, si hoc solemniter TIBI die summa perfundar laetitia, illamque luculentissime et palam significem, negligentis enim notam tacens non effugerem. Gratulor itaque non solum hodiernum diem, quem TV solemnem reddidisti specimine Iuris scientiae egregio, sed et propter victoriam docto certamine reportatam. Testis ego sum ipse, qui victus gloriam huius victoriae gratulor. Iam futurum tempus advolat, TIBI  
meritas





meritas deferens palmas, quales studiorum TVORVM ratio exigit. Meminit illustre Moldanum, testatur Leucorea, confirmat Lipsia, vt ad TVAS laudes vix aliquid a me addi queat. Gratulor Patri Venerando, de Re publica optime merenti eiusmodi natum, gratulor ciuitati litterariae ciuem dignissimum, gratulor denique mihi Agnatum TE, laudibus et fama insignem. Nihil magis habeo in votis, quam vt illam amicitiam et humanitatem, qua in me amplectendo vsus es, in futurum continuare velis, TIBIque persuadere, me vicissim et amicitiae et amoris officiiis nunquam defuturum,



WG 2792

ULB Halle  
007 670 885


3



VDA







4023

17

31

V I R O  
DOCTISSIMO, ORNATISSIMO,  
D O M I N O  
ERNESTO FLORENTI FRIDERICO  
CHLADENIO,

VITEMBERGENSI,

SOLEMNEM DISPVTATIONIS

DIEM.

GRATVLATVR

ET AMICITIAE ET NECESSITATIS VINCVLO

CONIUNCTISSIMVS

CAROLVS GOTHOFREDVS THEODORVS  
CHLADENIVS,

HAYNA - MISNICVS.

—  
PRAEMITTITVR DISPVTATIVNCVLA

DE

PACTO CAVDINO ROMANORVM.

*Liu. I. IX. c. 2.*

—  
LIPSIAE A. R. S. Clō Id CCLXXXII.

EX OFFICINA HOLLII.

✓ 16 289c

